



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Coppensteinivus Conceptuum Prædicabilium In Dominicas Festaqve omnia per Annum

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1624

Dominica II. Post Trinitatem. Homo quidam fecit cænam magnam. Luc. 14.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51556)

Nabales? quibus in hoc deserto Dei seruis multa precibus ac meritis: & non est qui recogitet. Vx:

Lapidei.

3. Plinius lib. 2. refert, fluvium esse, in quē arbores aut plantæ coniectæ mox lapidescant. Talis vorago & oceanus diuitiarum est hic epulo: apud quem lapidescunt omnia, vt nil seruiat cuique pauperum.

Infructuosus.

4. Vt arbores, quæ in præruptis tant locis, & inaccessis fructus efferunt feris solum auibus. Ita diuites cum stent in præcipitiis superbix, opum eius fructus cedunt coruis orci. Nec enim accessus est pauperibus.

Afflictio: consolatio.

II. Canes lingeant. Cane peior & angue diues est epulo. At fide, Lazare; vt Iob in sterquilino conde omnia tibi duplo reddentur. 2. Sustine pauxillum afflicte Mardocheæ: erit, cum superb. Aman in malam crucem abibit: tu in gloriam. Esth. 6. 3. Consolare Daniel, c. 6. in lacu leonum posite: Abacuc, te pascet, te Rex educet, ac vindicabit.

4. Spera Elia, 3 Reg. 19. fugitans Iezabelis: te famelicum vel corui, vel Angeli pascunt, ducent; ac reducent. 5. Age Dauid; etsi mensa Saulis exclusus, in deserto vagus, anceps vitæ, morti deditus: fide, dabit his meliora Deus. 8. Tuque Lazare. Pl. 34. *Læta super Dominum curam tuam, & ipse te enurriet.*

PARS V.

De vtriusq; morte.

Mors par. I. **F**allum est, vt moveretur medicus: & diues, Nimirum, vt Hor. l. 1. Ode 4.

Pallida mors æquo pulsat pede

Pauperum tabernaculis, Regumq; turres:

Nam vt sidera, in Oriente orta, post mille cursus ac recursus, demum in Occidente occidunt omnia; ita vno progressu ortu, occumbimus pari occasu, Sed nō euentu pari. Nā. is in sinu Abrahæ: Epulo inferno cōditur: Heu quali sepulcro hoc?

1. Ita Apoc. 12. visa mulieres dux: Altera in ops in sacco: altero in bysso, & auro, cui Reges ministrabant. At continuo subuertitur hæc sententia, quæ fertur Apoc. 15. *Quantum glorificauit se, & fuit in delicijs; tantum date illi tormentū.* Ita exiit in sacco, induitur regijs, coronatur aurea.

Sors dispersa.

2. Ita Nabuchodonosor æa arbor, Dan.

4. (sub qua bestix habitabant, & pascebantur, non homines) excisa periit. 3. Ita Dagon Idolum corruit comminutum; sicut Epulo hic.

II. At Lazarus. i. est arca, anteq̄ corruit Hic in solitudine: In qua erat Mannapatientiæ, Virga tribulationis; Legis tabularum obseruatio. Tales in hac valle lacrymarum, qui possunt dicere, Pl. 43. *Humiliaasti nos in loco afflictionis, qui hic mundus est.* 2. Sicut, 3. R. g. 9. in monte Libano lapides secti a-prabantur sic, vt in loco Templi tantum componerentur, neq; vel ictus mallei audiretur; ita expolimur hic, in monte hoc saxoso mundi, afflictionibus, & in templo gloriæ construimur sine strepitu vel ictus vllius.

DOMINICA II. POST TRINITATEM.

Homo quidam fecit cenam magnam.

Luc. 14.

Asuerus Esth. 11. 120. prouinciarum, ac Persiæ Rex, anno tertio regni optimaribus epulum parauit lautissimum. Ita. Ita anno 3. prædicationis suæ IESVS orbem inuitauit ad epulas beatitudinis.

De hoc nos

I. Detestabile ingratiitudinis vicium esse.

II. Cœnæ cur magna.

III. De vitio excusationis.

IV. De emptore bouum.

V. De vxorato.

V 2

PARS

PARS I.

De ingrati animi vitio.

Dicitur.

I. Sanctus Bernardus serm. 2. de 7. misericordiarum. Ingratitudo est gratiae hostis, inimica salutis: quoniam nil iusta Deo displicet. 2. Petrus Rauennas ait: Est malorum prouocatio, beneficiorum exinanitio, & meritorum exterminatio. 3. Seneca: Nil aequae concordiam humani generis dissociat, ac ingratum esse. Similia id declarent.

Similia.

1. Plut. in Moral. Serpentem alit, qui apud ingratum beneficium collocat. Quicquid beneficium in viperam contuleris, non ideo viperinam exuet naturam, 2. Plutarchus ibidem. Perinde facit, qui ingrato beneficium confert, ac si cadauer pretioso oblinat unguento. Sensu caret beneficij, proque eo foetorem refundit. 3. Pythagoræum est: Hirundinem sub tectum ne admitteris. Est ea ingrati symbolum; auolat in salutato, sordisque relinquit. 4. Non sic ciconiae, quae bufones, &c. diripiunt, ac venenum dispellunt.

Exempla.
V. T.

II. S. Scriptura vetus ingratitude execratur. 1. Angelus. Iud. 2. Israelitis eam exprobrat, Vt & Iacob Labano, Gen. 31. Verusui in domo tua XX. annis, immutasti mercedem meam decem vicibus, &c. 2. Iosephi, Genes. 40. succedentibus prosperis, praepositi usque puerarum oblitus est. 3. Saul. 1. Reg. 19. in Dauidem qualem ingrati. declarauit? 4. Ieroboam in Deum quantant? Qui eum ex plebeio in Regem euexit: Pro quo is contra Deum vitulos aureos adorandos erexit. 3. Reg. 12. 5. De Iudaeis sic Isai. 1. Filios enutriui, & ipsi spreuerunt me. Cognouit bos possessorem, & asinus praesepe Domini sui. Israel autem me non cognouit.

Nouum T. E.
xempla.

In Nouo T. Mat. 18. Quale exemplum in seruo nequam statutum est? 2. Leprosi nouem. Luc. 17. Sanati: sed ingrati. 3. Inter maxima nouissimorum mala temporum, etiam ingrati numerantur, 2. Tim. 3. Ex quibus isti, qui negligunt hodie cenam vocati, vobis, quam ingrati!

PARS II.

Cenae cur magna.

I. Homo quidam, &c. Deus Pater homo dicitur ob dignitatem humanam, quae miraculum est creaturarum: Ob suum in homines amorem, qui communia facit omnia: ob filium, qui humanitatem assumere dignatus est.

Fecit cenam; nimirum paratum vobis regnum à constitutione mundi. Matth. 25. Magnam. 1. Quia Magnus Dominus, & magnitudinis eius non est finis. Psal. 144. Et Psal. 64. Magnus, & terribilis super omnes, qui in circuitu eius sunt: & Rex magnus super omnes Deos.

2. Magnam, Quia interminabilem. Ioa. 4. Qui liberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiet fons aquae salientis in vitam aeternam.

3. Magnam. Vt distinguatur à cœnis mundi. Haec quam breues? fastidiosae? saepe infidiosae? aut cruentae? Ecce Adonibezech Iud. 1. Dixit: LXX. Reges amputatis manuum, & pedum summitatibus colligebant sub mensa ciborum reliquias. Talis mundus mundanos habet. Huius conuiuia fuerat prodigus. Luc. 15. qui nec filiquas cum porcis habebat: Nemo enim dabat illi. 2. Quot colligunt mundi faeces, & amurcas portant? Veruntamen Psal. 74. Fex eius non est exinanita: bibent omnes peccatores terram.

4. Magnam. Ob fercula eius, quae mira, maxima, suauissima, tutissima, impermixta dolore. At in mundo contraria. 1. Inuitauit ad cenam protoplastas serpens; heu quo exitus! Gen. 2. 2. Sic primogenitus Iobi fratres suos inuitauit: Exitus erat interitus. Iob. 1. 3. Ioseph, Gen. 44. fratres genialiter tractat epulis; finis erat incarcerationis, quod scyphum ignari abstulissent. 4. Affueri conuiuium, Esai. 1. exitus n. cestum, dato repudio Valthi. 5. Balthasar cum proceribus epulabatur; Exitus erat manus terrificae scribens. Dan. 5.

Alia Dei cenae. 1. Psal. 67. Parasiti in diebus. 4. Obstantia cedine rationum.

cedine tua pauperi Deus. 2. Et Pf. 35. Torrente voluptatis tua potabis eos. Torrens dicitur, ob amoris diuini vehementiam cum qua se Deus beatis communicat: & ob mentium beatarum angustos tubulos vix tati impetus amantem Dei capaces. Attamen toti intrant in gaudium Domini. Quam immensitatem declarat Apostolus hac metaphora. *Aeternum gloriae pondus*. Explicauit istis. 2. Cor. 4. *Nec oculus vidit, nec &c.*

3. Si qua in aula calones furfureo, at sapidissimo, vescantur pane: Rex sane quod ex optimo polline confectos comedat longe sapidiores, facile cogitatu est. Ita cum hic ex creaturis sit delectatio peccatori homini, quid non isthic ex Deo Beatis erit?

5. Ob aequalitatem. III. 5. *Magnam*. Quia minimus, quantum maximus, ea perfruitur. 1. Sicut Exod. 16. manna cuique erat cuiusque saporis, & aequaliter omnibus sufficiebat, etiam is, qui minus collegerant. Mensura erat *Gomer per singula cap.* 2. In epulo Iosephi, Gen. 43. fratres atatis ordine quidem affidebant sed aequaliter participabant.

6. Ob locū. 6. *Magnam*: ob loci præcellentiam. Si omnes orbis Reges ac subditi ad vnam parandam aulam conferrent; si & Angelus, quin Angeli, imo & Deus allaboraret; qualis illa foret? Quis explicaret? At cælum cæli Domino. Hinc Pf. 22. *Quam dilecta tabernacula Domine virtutum*: *Concupiscit & desicit anima mea in atria Domini.*

7. Ob seipsum Quia cæna est. Cæna dicitur: quod sub vitæ vesperam adeatur. Mundus inuit ad prandia breuius diei, sed in cænatos dimittit, deferens morituros. 1. Baruc. 4. *Nutruimus illos cum iuconditate: dimisi autem illos cum fletu & luctu.* 2. Imo Pf. 53. *Conuertentur ad vesperam, & sanem patientur vt canes.* 2. V. Leonides, Athen. Dux, com bellauit exercitum summante congressum; Prandeamus modo tanquam apud inferos cenaturi: Sic Cic. li. 1. Tusc. 4. Ita suos mundus cum Plautino

lurcone; *Viuamus hodie; crastinum Orco despondeamus.* 5. Hi sane Iob. 21. *Ducunt in bono dies suos, & in puncto ad inferna descendunt incænes.*

P A R S III.

De vitio excusationis.

I. **V**ocauit multos. Quin oēs mortales, sed alios aliter, aliterque temporibus alijs. Et coeperunt omnes simul excusare. 1. Est originale.

1. Istud Excusare ab origine hominum obtinuit, non à Deo inditum, sed ex culpa acquisitum, & ad culpam vsurpatum. Ge. 2. *Mulier, quam dedisti mihi, dedit, & comedi.* Ipsa: *Serpens decepit me*: Tu: *Caro me tentauit, iste, dæmon me obcæcauit*: alius aliud excusat.

2. Heu! Oculos amisimus, vitiorum perspicaces, vt vitij carere nos, & oculatissime videre credamus. Similes Harpastæ, apud Senecam, quæ senio occæcata ius, sic in clariorem domum ac lucem se alio deduci; hic nimis obscurum videri aiebat. Cæcam se non credebat.

3. Malum! Hocque peius; quod isthoc Excusare apprehendatur primum, vt primum bonum. Psal. 140. *Ne destines cor meum in verba malitiæ: ad excusandum excusationes in peccatis.* Ergo candida confessio sunt verba virtutis: non folia Adæ & Eux peccantium.

4. Dæmonis armentura describitur Iob. 41. *Corpus eius sicut scuta fusilia, compactum squamis excusationum*: Tales hi in Euangelio hoc.

O insensatos! Ad Principum mensas vocari, & accumbere quam honorificum est? 1. Vel primus ab Assuero Aman glorietur; Esth. 5. *Regina Esther nullum alium vocauit ad conuiuium cum Rege præter me.* 2. Dauid, 1. Reg. 20. ad Ionatham: *Ecce, ego ex more sedere soleo iuxta Regem ad visendum.* 3. Idem eius filio Miphiboseth ait: 3. Reg. 9. *Faciens faciam tecum misericordiam: & tu comedas in mensa mea semper.*

V 3 4. Eas-

4. Eandem gratiam fecit Berzellaio. 3. Re. 19. Et Rex Babyloniorum Regi Ioa- chim captiuo. 4. Reg. 25.

*Superbia
excusatio.*

II. Villam emi. Diſce ex vngue Leonem; ex voce typhum. Gigas hic Pelion Offa imponit, villam villæ, vt dominetur & cæteros inde faſtuose deſpiciat. O ven- toſam colicam Ambitionis: quot cauſa- ris tormina, & ſtoliditates capitis?

Nota, tria ſunt, quæ imperant mundo, vitia, 1. Ioan. 2. Quod in mundo eſt, aut eſt con- cupiſcentia carnis; aut Conc. oculorum: aut ſu- perbia vitæ. Hæ tres furia mundum diue- xant. Primæ debetur lapſus Angelorum ſuperbiæ. Secundæ, diluuium luxuriæ. Gen. 6. Omnis enim caro corruerat viam ſua. Tertix, auaritia, orbis que interitus: cum ſpinæ ſuffocatriceſ comburentur. Nimi- rum Matth. 24. Tunc refrigeſcet charitas.

Væ iſtorum vel vni deditis! Audi qui Dei militia perſcribuntur. Deut. 20. Qui adificat Domum nouam, & non dedicauit eam; vadat, vt reuertatur in domum ſuam. Qui deſpondit vxori, & non accepit: qui eſt cor- de pauidus: vadat & reuertatur in domum ſu- am. At vita hominum militia ſuper terram, &c. Huic inhabiles qui ambitioſe adificat ſibi ſolitudines; qui amant mulieres; qui ſunt inertes, &c.

PARS IV.

De emptore bouum.

*Auaritia
1. Deprimi
2. Implicat
3. Inquinat
affectus.
Conſeque-
ras.*

I. Vga bouum emi. Auaritiæ hic typus eſt, Nequitin altum librare ſe aquila, quæ vel ponderi alligata, vel implicata viſco eſt. 2. Aug. Serm. 31. de verb. Dom. Amor rerum terrenarum, viſcuſ eſt ſpiritua- lium pennarum. 3. Ardebat rub. inambu- ſtus: videre ardebat Moyſes: arcebat Do- minus; niſi prius ſe diſcalceaeſſet. A deo amor mundi contrarius eſt cœleſti. Exue ſordimenta pedum & affectuum, pulue- rem excute, & ſic accede.

Acceſſit Samaritana. Ioan. 4. audiuit, exarſit, Vel hydriâ relicta currit ad vr- bem, Meſſiam nunciat adueniſſe. Nimi- rum tunc digna Chriſto diſcipula facta, cum, quæ retro ſunt; obliuiſcitur, extendens ſe ad anteriora.

Contra fecit Giezi 4. Reg. Curſim ſe- quitur Naamanum, ſp̄reta ab Eliſæo ſibi repetit mentiens: vt dicitur ac ſuperbiat. At mundati opum temtoris lepram ac- cipit cum opibus, harum appetitor aua- rus, ſimul leproſus: Sed qui prius cupidi- tate fuerat obcæcatus.

II. Orem deplorandam! Exclamat Plut. l. 4. Nona. de Cupid. Si quis vltra, quam ſatis ſit, bibat gnoſcit me aut comedat, nec tamen ſatiari queat: medicos bum ſuum conſulit, morbi genus, cauſamque exquirir: at opum inſatiatus congeſtor, ideo ſe peius in ani- mo habere non credit: quin præ cæteris ſe ſapere putat. 2. Hydrop. euacuationes præcipi- unt & adhibent, non ingurgitationes.

3. Plato apud Stobæum ſer. 2. de Iniu- ſtit. inquit; O improbe, ne poſſeſſioni augenda ſtudeas: ſed minuenda cupiditati. 4. Iſraelitæ, Exod. 5. in argilla ac laterculis totos dies diſtenti, & famelici, flagellabantur ve- ſperi: Tales mundicolæ lutulenti ſub Ae- gyptio Pharaone ait S. Chry. ho. 40. in Mat.

III. Heu quanta inuexit mala ſola aua- 7. Damni- ritia? Achanum lapidauit: 10j. 7. Giezi le- ſa eſt. pra taminauit. 4. Reg. 5. Ananiam Act. 5. & Saphiram enecuit: iuſpēdit Iudam: IE- SVM prodidit.

Auri ſacra ſames quid non mortalia cogis pe- 8. Anxia. ſtor? & emacians fames, & Stryx pailiaa! 9. Famili- Semper auarus eget, & pallet. 1. Diogenes ſci. ca. ſcitanti, cur palleret aurum? inquit. Quia multos habet inſidiatores. 2. S. Greg. Nyſſ. Auarum ait, dolium eſſe pertuſum, nunquam oppletur. Hiſ conſentit Pl. 38. Diuites egerunt, & eſurierunt; Hebræi legunt, Leones Hiob internum æſtum ſunt voraciſſimi.

IV. Mul, ac aſini quantumcumq; por- 10. Eſt A- tent onerum, niſi tamen inde percipiant: ſina- paſcun.

11. *Est Di-
phas.* pascentur carduis. Ita diuites auari. 2. Di-
phas serpens; si quem mordet, sibi emori-
tur. Hinc Africani pingebant virum cum
dipside, & duab. feminis aquam eius in-
uergentib. ori. quo auarum notabant. Sic
Petrus l. 16. Hierog.

12. *Est ven-
na.* 3. Angeli septem phialas plenas ira-
rum Dei effundunt iussi, Apoc. 6. 1. in
terram. 2. in mare, 3. in fontes ac fluuios,
4. in solem, 5. in thronum bestia, 6. in Eu-
phratem, 7. in aerem. Et septima hæc
phiala erat auaritia; cæteræ sunt aliorum
iudices peccatorum mortalium. 4. Hinc
auari, vt Chamæleontes, aerem captant.
Nam Ventus est mundi thesaurus. 5. Ex
aere viuunt auarus, adeo vix audet tangere
opes: Sic Ethnicis idola, præ reuerentia,
tangere nefas: ita hæc est. Gal. 5. Idolorum
seruitus. Auro viso se delectat, non satiat
V. Exosum Deo vitium est. 1. Nam Leu.

*Scriptura
testimonia.* 11. Quod ambulat super manus ex cunctis ani-
mantibus, quæ incedunt quadrupedia, immun-
dum erit. Vt vrsæ, simiæ, &c. Talia sunt
monstra animalium auari, quorum man-
us sunt instar pedum in luto: cū sustolli
eas contemnat in cælum. 2. Terra, terra, ter-
ra, audi sermonem Domini. Ier. 2. 2. Et terra fa-
ctus, in terram immerfus, in terram re-
uersurus duras habet aures ad diuina a-
uarus, 3. Vulpes foueas habent. Vbi Clemens
Alex. l. 4. Strom. ait; Qui in effodiendis & in
fodiendis diuitiis versantur, homines prauos, &
plane terre filios vulpes Christus appellauit.

13. *Exosum
Deo.* 4. Quare bene ibidem S. Bonau. Beatus,
qui æternam foueam commutat in æternam
aulam.

14. *Terre-
na.* 1. Piscem, è cuius ore Petrus, iussu Do-
mini, portorium accepit, Matt. 17. Theo-
phylactus auarum intelligit, qui meras
opes ore, cordeque crepat, & cogitat: Vt
hic boues loquitur, & iuga. 2. Tali vel cœ-
lum venale est; si aurum des, ius suum oē
prodigat talis, ac demum ipsum cælum;
licet Gloria & diuitia in domo eius. Sicut de

nepote, qui dilapidatis omnibus deniq;
domum prostituebat venalem; Dioge-
nes dicebat. Sciebam, propediem post vini cra-
pulam, domum hanc euendam.

PARS V.

De Vxorato.

I. *Vxor*em duxi. Etiam res licita licenti-
am non meretur, nec veniam. Quid
si scorto inhesisset? Sed & in matrimonio
luxuria est, retardans à cœna: 1. Eia Absti-
nete vos à carnalib. desideriis, quæ militant ad-
uersus animam. 1. Pet. 2. 2. Aug. l. de honesto
matr. c. 2. Inter omnia certamina Christiano-
rum; sola dura sunt prelia castitatis, vbi quoti-
diana est pugna, & rara victoria. 3. Hier. E-
pist. ad Fui. Grandis virtus & sollicita diligen-
tia, superare quod natus sis, & in carne non car-
naliter viuere, tecum pugnare quotidie, & in-
clusum hostem Argi centum oculis obseruare.

4. Spiritum sedentem in tribunali car-
nis, velle ius suum tueri, hic labor. Hic
vxoratus libere fatetur iam; se aliis vaca-
re rebus non posse.

Vere Bonum est homini mulierem non tan-
gere, 1. Cor. 17. Quia vxorem accipere: est li-
bertatem vendere. 1. Socrates percontanti,
quid sit vxorē ducere, ait: Quod nassa concludi.
Vt enim nantes circum nassam pisciculi
vellēt intus esse, sed foris qui sunt int^o, ita
vxorati, ac liberi. 2. Quæ his rosæ, ac mella
videntur; istis sunt spinæ, sunt ac fellea.
3. Nemo nouit, vbi me calceus premar: ego sen-
tio: dicebat Aemilius Paulus cognatis dis-
suadentibus ne vxori pulcellæ, præ nobili,
daret repudium. Plutar. in Aem. Pau. 4.
Cicero repudiata Terentia, roganti Hir-
cio suam duceret sororem, actis gratijs,
negat amori & Philosophiæ conuenire,
nec eadem sede morari posse. Hier. l. 1.
contra Iouinianum.

II. Quare, 1. vt Philemon. Comicus a-
iebat, Hominem in vita semel conscen-
dere mare, mirandum est; at expertum
repetere,

Difficilis
pugna cum
carne.

An ducen-
da vxor.

Non ducen-
da secūda.

repetere, hoc mirum. Mare malorum mulier ! Vt mirum non sit, hunc vxoratum venire nequiuiffe. 2. Etiam Noe, vel propria vitis ; non aliena, vino gustato inebriatus est. Gen. 9. Quanto magis retardabit ab salure pellex aliena ? Si matrimonij sit sarcina tanta ; quata pellicatus erit.

Dic potius, quod Abimelech (a muliere ex turri percussus lapide.) ad armigerum, Iud. 5. Euagina gladium tuum & interfice me: ne forte dicatur, quod a femina interfectus sim.

Collisor faucium leonis, aut vrſi, prostrator Goliathi, Victor Victoru, superior omni persecutione Saulina, se ipſo fit inferior, succumbens sceminae. Et inde heu! in quod mare lacrymarum incidit ? Fleuit hoc, dum vixit spem inter ac metum Cur timebo, inquit, in die mala ? Hac spes, at mox ; Iniquitas calcanei mei circundabit me. Pl. 48. Id est, luxuria iniquitas. Nam Medici in calcaneo venam inesse volunt, excuscatricem amoris, ac cupidinis. Similis Achilli, qui corpore toto inuulnerabilis, in calce pedis a Paride vulneratus est. Fabulae myſterium est. Victorem ceterorum victorum omnium a libidine victum esse ; qua bestias, quam homines, magis conuenit superari. Hic vxoratus, instar bestiae, praerupte inquit: Vxorem duxi, non possum ; Cum alij duo mollius responderint ; Rogo te, habe me excusatum.

Effectus luxuria. 1. Brutescere. 2. Abripi inuicium. 3. Perdere virtutes.

III. Hoc peccatum hominem mutat in alium ; ac saepe exiit, vt brutescat. 1. Vnde istud Gen. 34. Simeon, & Leui necauerunt Si hem : Chrys. legit, necauerunt taurum, quod ex homine taurum libido fecisset. 2. Aestus venereus Euphrati similis est, rapidissimo, & vorticoso flumini, in quod Angelus sextus effudit iraru phialam. Apoc. 16. 3. Iob. 31. Si deceptum est cor meum super muliere, & ad ostium amici insidiatus sum, scortum alterius sit vxor mea, hoc enim NEFAS est, & iniquitas maxima IGNIS

est, v. g. ad perditionem deuorans, & omnia eradicans germina. Id est, ait S. Hier. Omnia bona virtutum deuorans. Tali ab igne procul!

4. Estote ergo in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extingueret. Id est, Desideria impudica, vt Chrys. & D. Th. Aq. interpretatur. Vt n. ignis, sic ea pestis ictu vno corpus inflamat totum. Deinde & inualeſcit ad cetera se fundes circum, & ex peccato in peccatum viam praestat. Demum ex parua scintilla in magnum gliscit incendium. Id metuens ait Iob. 31. Rep. gi scodus cum oculis meis, vt ne cootarem, quidem de virgine.

5. Ea est, de qua Daniel. 7. Ecce bestia similis vrſo in parte stetit, & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius: Et sic dicebant ei ; Surge, comede carnes plurimas. Vt enim vrſus melhis appetens insidiatur alueariis: Sic venus est ea carnes deuorans puerorum, virorum, senum, ordine trino dentium ; sed alio hos ; istos alio.

6. Est ea obfuscatrix ingenioru. Quorum stuporem, S. Th. ait, primam esse filiam libidinis. Quis solem Salomonem extinxit ? Samsonem ex oculauit ? Quare, quod S. Hieron. Rustico consuluit: Famina nomen nouerint, vultum nesciant.

IV. 7. Libido sic hominem destruit vt corporis animae solum relinquat cadauer, corpori laruam hominis. Ac licet Pl. 38. in imagine petrae transit homo omnis peccator, at maxime tamen scortator ; in quo, quod est, belliale est, 8. Ideo ad primogenitum Ruben sic Iacob. Gen. 49. Effusus es, sicut aqua: ne crescas, ad Sacerdotium ; quod primo geniti erat ; quia ascendisti cubile patris tui. Omnia amisit ; Nam Leui accepit Sacerdotium, Iudas sceptrum, Iosephus Maioratus. Cur ? Quia Pl. 118. Coagulum est sicut lac : vel vt alij legunt : In crassatum est velut adeps cor eorum luxuriosorum ; vt stipidum sit. Nam Pl. 57. Supercecidit ignis, id eo non viderunt solem.

9. Luxu.

9. Mancipare inferno.

9. Luxuria fascinat & mancipat ad infernum irretitos, Prouerb. 2. *Inclinata est ad mortem domus eius, & ad inferos gemitus eius.* Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, nec apprehēdet semitas vite. Testis hic aspernator carnae.

10. Notare infamia.

10. Priscific eam eliminabāt; vt quem eius reum sciebant, eum in lamina aurea fronti affixa, nomen scriptum circumferre cogere. Ita Apoc. 17. Meretricis in fronte scriptum, *Babylon magna mater fornicationum.* Quas epigraphas Tert. lib. de pudicitia vocat titulos voluptatis. 3. Israelitę etfi duodecim Medianitarum praelio occidissent, laudem tamen non merebantur, sed iram Moylis: qui ait: Num. 39. *Cur feminas seruaſtis? Nonne istę sunt, quę depreceperunt, filios Israel ad suggestionem Balaam, & prauaricari nos fecerunt in Dominum.* Ergo cuncta interficite. Atque isti sunt pauci ex innumeris effectus Luxurię.

DOMINICA III. POST TRINITATEM.

Erant appropinquantes ad Iesum publicani & Pharisęi, vt audirent illum.

LUC. 15.

MARIA, Num. 12. & Aaron clam, palam detraxere Moyſi, quod ęthiopissam duxisset; quasi id familię dedecus esset. Pharisęi Christo; quod peccatores fuscipiat: quasi rem faceret indignam bono viro.

Nox eo ista.

- I. Detractores seras esse pessimas.
- II. Quod saluator, & calumniator sint opposita.
- III. Fugiendos esse detractores.
- IV. Quod benignitas aduersus maledicos sit opponenda.

V. Cur benignissimus IESVS perditos requirat.

PARS I.

Detractores feras pessimas.

I. **D**etractio, malum pessimum. 1. Diog. *Detractio Laert. lib. de vit. Phil. In conuiuio Xenocrates inter conuitiantes varia varios garruliter referre audiens filuit; roganti causam, ait: Quia locutum fuisse, pœnituit sepe: tacuisse, nunquam.* 2. Quare prouerb. 23. *Noli esse in conuiujs potatorum: neque comedas cum eis, qui carnes ad vescendum conferunt.* Id est (vt Greg. 14. Moral. exponit.) In colloquutione derogationis vicissim in proximorum vitia dicunt.

3. Ideo. S. Bonauentura, in *Dieta salut. c. Et Carni.* 19. Detractores lanionum canibus assimilant; quibus dentes ac fauces semper sanguinolentę sunt. 4. Tales & aues carniuorę *Leuit. 11. immundę censentur: vt iis vesci nefas: Quales ergo hominum rofores viuientium?*

II. Sane Rom. 1. *Detractores Deo odibiles.* 3. *Exosi Prou. 6. Sex sunt, quę odit Dominus & septimum detestatur anima eius.* Nimirũ, testem fallacem, & seminatorem discordię.

2. Quocirca 1. Cor. 6. *Nec maledici, nec rapaces regnum Dei possidebunt.* 4. *Non igitur appelleris furro in vita tua: & lingua tua ne capiaris, & confundaris.* Eccl. 5.

1. S. Bern. ait: *Nunquid Vipera, est lingua detractoris, ferocissima?* 2. S. Hier. in Eccl. *para. Serpens, & detractor equales sunt. Quomodo enim ille mordens venenum infert: sic iste detrahens pectoris sui virus in fratrem effundit.* 3. *Ac demones.* Quin amplius Bern. *Detractor, & libens auditor vterq; diabolum portat in lingua.*

Ergo Prou. 4. *Remoue a te os prauum: & detrahentia labia sint procul a te.* Labia & ora Pharisęorum hic talia in eum, qui venit in mundum peccatores saluos facere.

X

PARS